

Ethai nuper diximus, quod conjectabamus esse verisimile, neque aliud putamus esse necessarium. Tantum hic commemorare libet, quod de Davidis modestiâ atque clementiâ cum admiratione scribit Theodoretus q. 30. «Jure, inquit, est et admiranda Davidis lenitas et mansuetudo, et quem cum persequeretur, et bello invaderet, et execrandus filius, non eum nominavit parricidam, non fratricidam, sed regem. Et cum multo egeret auxilio, coram gessit salutis proselyti. Revertere, inquit, et averte fratres tuos tecum, et Dominus faciet tecum misericordiam et veritatem. Sed quanto majorem ejus curam rex gerebat, tanto ille in eum majorem ostendebat benevolentiam. Hæc autem scripta sunt ad nostram doctrinam, ut discamus, quod non oportet in rebus quidem secundis versari cum amicis; sine autem in res adversas inciderint, eos deserere.» (1)

VERS. 22. — VENI, ET TRANSI. Constiterat, ut apparet, rex ad torrentem Cedron, expectans ibi, quos sibi in eo rerum articulo usi

(1) VERS. 20. — DOMINUS FACIAT TECUM MISERICORDIAM ET VERITATEM, QUIA OSTENDISTI GRATIAM ET FIDEM. Concise magis Hebræus: *Tecum misericordia et veritas*; justam mercedem pro fide tua invenias. Vel: Deus tibi rependat juxta fidem promissionum suarum. Familiaris est Scripturæ phrasid: *Facere misericordiam et veritatem*; innuens, beneficia beneficiis rependere, quippiam alicui gratum prestare; quæ phrasid passim usurpatur sive de beneficiis Dei in homines, sive hominum inter se. *Misericordia et veritas* idem valent in textu originali ac *gratia et fides*. (Calmet.)

Ethai lui répondit: Je jure par le Seigneur, qu'en quelque état que puisse être le roi mon Seigneur, ou à la mort ou à la vie, votre serviteur sera aussi avec vous. Il est difficile en cet endroit de ne se pas souvenir des serviteurs du véritable David, en considérant avec quelle ardeur on s'est exposé à la mort pour celui qui n'en était que la figure. Les apôtres, les martyrs et les grands saints, dans tous les siècles, ont eu dans le cœur ce sentiment d'Ethai, et ils ont dit à Jésus-Christ, non seulement de bouche, mais par leurs actions et par leurs souffrances: Nous sommes prêts à mourir ou à vivre avec vous, parce que nous ne voulons ni vivre ni mourir que pour celui qui a vécu, qui est mort, et qui est ressuscité pour nous. Ces saints ont eu en ce point un merveilleux avantage sur les plus fidèles serviteurs des plus grands rois. Car si Ethai était mort pour David, David aurait pu le plaindre sans lui pouvoir rendre ce qu'il aurait bien voulu perdre pour son service. Mais ceux qui se sont sacrifiés pour Jésus-Christ ont éprouvé qu'il est le dominateur des vivants et des morts, comme dit S. Paul, et qu'on ne peut assez estimer la gloire et le bonheur d'une mort qui n'est qu'un échange en une éternelle vie. (Sacy.)

futuros arbitrabatur, quos jubebat torrentem trajicere, et solitudinem versus iter instituire. Cæteros autem redire jubebat in civitatem, ne aut impedimento sibi forent, aut magnum ipsi laborem in eâ protectione subirent. Quam ob causam, ut vidimus, redire jubebat Ethai in urbem, ut vitam haberet non molestam in bello, sed quietam et securam in otio. Sed cum ille durum existimaret amicum in eo periculo deserere, et mallet à vitâ, quam ab amici latere divelli, jussit, ut transiret Cedronem: sicut etiam fecerunt alii, quos secum rex auxiliares et socios esse voluit.

VERS. 23. — REX QUOQUE TRANSGREDIEBATUR (1). Hæc verba indicant, postremum omnium regem trajecisse Cedronem. In quo Lyra clementiam regis, et in suos benevolentiam meditatur. Ultimus ingreditur, ut si hostis irruat, in ipsum primum, imò fortassè solum, impetum faciat. Sciebat enim suum caput ab Absalome peti, quia ille solus obstat, quominus ipse regnum obtineret. Atque ideò expedire judicabat, ut unus moreretur homo, ne totus periret populus. Videbat præterea propter se ortam tempestatem, neque fas esse, ut illa infelici naufragio innocentes obrueret; quare in suum caput tumentes fluctus allidi cupiebat, quos aut frangeret, si Deus ipsius causam benignus aspiceret; aut certè demergeretur, si aliter Deo visum esset. Quare dixisse tunc verisimile est, quod in statu non admodum diverso dixit infra cap. 24. v. 17, cum suâ causâ in populo ingens ab ultore Angelo ederetur clades: *Ego*

(1) TORRENTEM CEDRON. Transiit ad orientem Jerosolymæ, inter mœnia urbis et montem Olivarum. Hic torrens hiemali tempore, et cum imbres abundant, fluit, et tunc pariter nonnisi trium passuum latum alveum implet. Nomen *Cedron*, Hebræicè sonat *umbrosus*, umbris tectum; quare nonnisi ineptè à cedris derivatum censent quidam, ut sit torrens cedrorum. Josephus non appellat nisi *vallem Cedron*, quem sensum Hebræus hujus textûs commodè reddit. (Calmet.)

Tout le monde pleurait dans ce passage. Le roi passa aussi le torrent de Cedron. Ce torrent et la montagne des Olivives, dont il est parlé un peu après, sont trop bien marqués et dans cet endroit et dans l'histoire de la Passion du Fils de Dieu, pour ne nous pas porter à joindre dans notre souvenir la figure avec la vérité, et les souffrances de David avec celles du Sauveur. Ces larmes aussi que répand ce prince pénitent, aussi bien que tout le peuple qui le suit, nous avertissent de celles qu'un regret sincère doit tirer de nos cœurs. La pénitence ne peut pas être plus honorée que dans la personne d'un si grand roi, et notre dureté sera bien inexcusable si elle n'est point touchée d'un si grand exemple. (Sacy.)

sum, qui peccavi, et ego inique egi; isti, qui oves sunt, quid fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me. Dixit aliquid simile quidam ex profanis, licet spiritu longè dissimili.

Propter me mota est, propter me desinat ira:

Sinique ego savitiæ causa modusque tuæ.

VERS. 24. — VENIT AUTEM ET SADOQ SACERDOS, ET UNIVERSI LEVITÆ CUM EO PORTANTES ARCAM FŒDERIS DEI: ET DEPOSUERUNT ARCAM DEI. Noluerunt sacerdotes, qui benignum sæpè regem, et sui ordinis amantem experti fuerant, deesse regi, quo tempore ipsius periclitabatur et regnum, et vita; sed cum universo Levitarum ordine secuti sunt illum; quòque majus illius fortunæ præsidium accederet, arcam secum adduxere, quæ amicis animum, et vires, hostibus autem terrorem, et desperationem injiceret. Cum autem ventum esset ad locum, ubi substitit agmen, ad ripam videlicet torrentis, deposita est ex Levitarum humeris arca, ut ad illam, qui cum rege discessuri essent, convolarent. Quod fortassè eo consilio factum est à sacerdotibus, ut arca religio, atque majestas multos evocaret ex urbe, qui fortassè in illâ manere maluissent, quam dubiam belli fortunam experiri. Quod autem in gravi aliquo casu deduci potuerit arca Dei in castra, sicut olim antequam haberet domicilium stabile, sæpè vidimus in his libris Regum: lib. 1, c. 4, adducta est de Silo contra Philisthæos; et cap. 14, iterum tempore Saül; et paulò ante hoc tempus, cum bellum illatum fuit Ammonitis supra cap. 11. Cum autem bellum hoc esset gravissimum, et causa regis videtur in angustum adducta, visum est sacerdotibus, quorum illud erat de re tantâ judicium, arcam proferre, quæ et regie causæ æquitatem ostenderet, et bellatorum confirmaret animos.

ET ASCENDIT ABIATHAR, DONEC EXPLETUS ESSET OMNIS POPULUS, QUI EGRESSUS FUERAT DE CIVITATE. Locus hic ad duas sententias trahi non incommodè potest. Altera est, ut cum Sadoq et Abiathar arcam adduxerint, statuerintque prope torrentem Cedron, in loco, ut est verisimile, sublimi, reversus fuerit Abiathar in urbem, ut eos, qui reliqui fuerant, si qui viderentur utilem aliquam operam navaturi regi, ex urbe suâ auctoritate extruderet. Atque ideò dicitur *ascendisse*, et consequenter *stetisse*, quamdiù egressi sunt: tunc enim ipse quoque egressus est, quia quid amplius ageret ibi, nil habebat. Et hoc mihi placebat maximè, neque hinc forge abit Abulensis, qui ait, ascendisse

Abiathar in excelsum aliquem locum, ut inde spectaret, quinam transmitterent torrentem; et ibi constitisse, donec nullus mansit citra torrentis alveum. Alii dicunt ascendisse Abiathar ad locum, ubi locata arca fuerat, ut ibi Deum pro Davide consuleret; quod fecit, donec ad ulteriorem torrentis ripam evaserunt omnes. Et addunt nihil Deum ad interrogata respondisse, et eam ob causam addunt, arcam in suam sedem à Davide jussam esse reduci. Ita putant interpretum plerique; quod fortassè verum, sed multa supplet et fingit ista sententia. Ita tenent Abulensis, Cajetanus, Dionysius, Angelomus, et Lyra.

VERS. 25. — ET DIXIT REX AD SADOQ: REPORTA ARCAM DEI IN URBEM (1). Non puto Dei arcam,

(1) Alors le roi dit à Sadoq: Reportez à la ville l'arche de Dieu. David ne veut pas que l'arche de l'Alliance de Dieu l'accompagne. Pouvait-il mieux marquer cette disposition si chrétienne, où les vrais pénitents ont été durant tant de siècles, et que l'Eglise elle-même leur a inspirée, qui est de se croire indignes de recevoir dans eux le Sacrement adorable du Fils de Dieu, dont l'arche de l'Alliance était la figure? Ils honoraient de tout leur cœur ce grand mystère, comme David honorait cette arche sainte, et néanmoins ils différaient de s'en approcher, non par une indifférence qui aurait été très criminelle, mais par un respect plein d'une sagesse humble et éclairée.

Si je trouve grâce devant le Seigneur, il me ramènera, et il me fera revoir son arche et son tabernacle. Que s'il me dit: Vous ne m'agréz point, je suis tout prêt: qu'il fasse de moi ce qu'il lui plaira. Jamais homme n'a mieux pratiqué cette parole de David: Mon cœur est préparé, Seigneur, mon cœur est préparé, qu'il fait lui-même en cette rencontre. Il a une secrète confiance que Dieu le ramènera un jour dans Jérusalem pour revoir son arche et son tabernacle, et néanmoins il n'ose s'en approcher présentement, et il est prêt à en demeurer éloigné autant que Dieu le lui ordonnera. Tout lui est indifférent, pourvu que la justice de Dieu soit satisfaite, et que sa volonté soit accomplie. Il fait excellentement ce que le Sage nous recommande avec tant de soin, qui est de concevoir des sentiments dignes de la bonté de Dieu, et d'avoir en lui une confiance que rien ne puisse ébranler.

Pour admirer davantage la disposition de ce roi si saint, nous n'avons qu'à interroger la nôtre. Nous éprouvons tous les jours que la moindre chose nous trouble, et qu'à la seule approche d'un mal qui nous survient, nous perdons Dieu de vue, et nous commençons à douter de la certitude de sa parole. Ce prince au contraire voit que tout se soulève contre lui, et rien ne l'étonne. Il est invincible, parce qu'il est humble. Ses péchés lui sont présents; mais la miséricorde qui lui a été promise lui est encore plus présente. Il désespère tout de sa faiblesse et de son indignité; mais il

jubente, aut conscio rege, eductam è tabernaculo, sed id factum potius, ipso nesciente, sacerdotum consilio, qui eo modo consultum etiam esse voluerunt regis salutem. Quod non admisit David, ne quid tale pateretur arca, quale olim à Philistæis; aut quia non putabat decere majestatem tantam per solitudinem circumferri, sicut antea, cum nondum in terrâ promissionis consedisset; neque videri esse ex dignitate divini subsellii, si videretur fugere, cum tamen nihil videretur ab hoste Israëlita in illam indecorum esse metuendum. Hæc autem ratione id voluit rex sacerdoti summo persuadere, quia si res talem haberet exitum, qualem multorum vota postulabant, ipse rediret confestim in urbem, ubi in suo tabernaculo sicut antea arcam illam adoraret et coleret. Sin Deus de se ac regno aliter statuisset, non recusare se, imò libenti animo subiturum, quicquid Domino, cui repugnare nullo modo liceret, collibisset (1).

VERS. 28. — ECCE EGO ABSCONDAR IN CAMPSTRIBUS DESERTI, DONEC VENIAT SERMO A VOBIS INDICANS MIHI. Jussit David sacerdotibus, ut redirent in urbem, et arcam in suo sibi sacrario reponerent, à quâ ipsi pro suo munere in tantâ præsertim rerum turbatione abesse non poterant. Jussit præterea ut secum habeant duos filios, Achimaas et Jonatham, per quos edoceant, qualis sit ab hostibus Hierosolymæ status, quid designent animo, quò tandem spectent illorum consilia. Interim tamen dum aliquid certum ab illis accipiat, habiturum se in campestri solitudine latebras, ubi se ab inimicorum oculis, et fraudibus abducat. Hæc obscura non sunt.

VERS. 30. — PORRÒ DAVID ASCENDEBAT CLIVUM attend tout de la puissance et de la grâce de celui qui lui commande d'espérer en sa bonté. (Sacy.)

(1) O VIDENS, REVERTERE IN CIVITATEM IN PACE. Summus sacerdos, qui Dominum consulebat, ejusque nomine reddebat oracula, merito appellari poterat *Videns*, vel *Propheta*; neque alio sensu David *Videntis* titulo donat Sacerdotem summum sacerdotem. Hebræus: *Nonne Videns tu? Revertere in civitatem in pace.* Habeo te ceu *Videntem*, ut oraculum Domini; non ignoro quantum tui indigeam in hac fugâ; sed in urbem regredere. Aliter: *Videns es tu, summus sacerdos, personam publicam gerens. Revertere in urbem; ne deserat tabernaculum et arcam Domini; præsentia enim tua in urbe, quàm hic mecum, utilior est.* Denique: *Nonne vides rerum mearum statum, et causam, cur ita me geram? Revertere in civitatem.* Septuaginta: *Vide, et revertere in civitatem.* Adhibe mentem dictis meis, neque ambigas sequi consilium meum. Vel: *Regredere, siquidem id opportunum arbitrar.* (Calmet.)

OLIVARUM (1) SCANDENS ET FLENS, NUDIS PEDIBUS INCEDENS, ET OPERTO CAPITATE (2). Ex his constat, non tam cum Absalome filio, aut mortali manu, quàm cum Deo pugnare voluisse Davidem, quando non arma illa induit, quibus gloriosas antè victorias obtinuerat, sed quæ contra humanam potentiam nullum habent tegumentum et robur; sed potius vires frangunt, et corpus nudum inimicorum telis perforandum exponunt. Sed

(1) Scilicet montem Oliveti, cujus pars erat hic clivus, sive collis. Eò ascendit, ut esset typus Christi, qui in eodem monte Oliveti Patrem orans cum lacrymis, et sudans sanguinem, inchoavit passionem et redemptionem nostram, ideòque ex eodem monte post 40 dies à resurrectione gloriosus in cælum ascendit. Audi S. Cyrill. Hierosolym. catechesi 2, de pœnitentiâ: « Cum, inquit, Absalom adversus illum, id est, Davidem, arma cepit, quamvis multæ illi ad fugam viæ paterent, per montem tamen Olivarum fugere maluit, firmâ invocans mente liberatorem illum qui istine cœlos ascensus erat. »

Addit S. Chrysost. homil. 3 in Matth., Davidem non tantum in tantis ærumnis patientem fuisse, sed et Deo gratias egisse: « Cum illum tyrannum, inquit, fratricidam et patricidam pro se regnantem videret, nec sic quidem scandalum mente concepit. Sed si, inquit, hoc visum fuerit Deo, me quidem errare semper, et exulare; illum verò regnare, amplector atque suscipio, et habeo pro innumeris, quæ mihi à Deo inferuntur, tribulationibus, gratiam. Longè aliter, quàm plurimi impudentes pariter et arrogantes, qui, cum ne minimam quidem partem de illius virtute possideant, si quos videant prosperè agentes, se verò parvam sufferre mœstitiâ, animas suas non metuunt mille vulnerare blasphemis. » (Corn. à Lap.)

(2) Tanquàm reus et luctum agens. Scitum est, reos tecto capite ad supplicium duci consuevisse: *I, lictor, caput obnubito.* Tegebatur etiam in luctu caput, et cum quis probro ac pudore suffunderetur. Gradiebatur nudis pedibus, ceu servus et luctum agens. *Rex Assyriorum minabit captivitatem Egypti nudam et discalceatam.* Et Ezechiel imperatur, ne luctum agat: *Calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis.*

« Est-il possible, s'écrie Voltaire, qu'un homme aussi impitoyable, qui vient de scier en deux, d'écraser sous des herbes, de brûler dans des fours ses ennemis vaincus, s'enfuit de sa capitale en pleurant comme un sot enfant? » Nous avons justifié David au sujet des cruautés que l'incrédule lui impute; nous nous contenterons d'observer que la valeur dans les combats n'étouffe pas les sentiments que la nature inspire, quand on se voit trahi par un fils qu'on aime, et qu'on est obligé de tirer l'épée contre lui. A ces tristes objets se joignaient les réflexions que faisait David sur la cause de ses malheurs. Il tâchait de fléchir, par ses larmes et par ses humiliations, le Tout-Puissant dont le bras était armé pour punir le meurtre d'Urie et le crime qui en avait été la cause. (Duclot.)

hæc, quæ homines non curant, aut metuunt, imò potius contemnunt, et irridunt, contra Deum potentissima sunt; nempe lacrymæ, nudipedalia vestigia; in loco maximè clivoso atque arduo, qui silice horret, neque calcari potest sine sanguine.

ET OPERTO CAPITATE. Nudum Hebræos habuisse caput, docuimus multis in nostris Commentariis super Acta ad cap. 19, num. 7, ubi etiam docuimus Hebræos solitos in luctu caput operire. Cujus rei exempla in Scripturâ sacrâ obvia. Jerem. cap. 14: *Luxit Judæa, et clamor Jerusalem ascendit, etc. Confusi sunt, et afflicti, operuerunt capita sua.* Et statim: *Quia non venit pluvia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua.* Et quod modò fecit David, fecit iterum cap. 19, cum audivit extinctum Absalomem. *Porro rex operuit caput suum, et clamabat voce magnâ: Fili mi Absalom.* Quod esse usitatum Hebræis in primis suæ reipublicæ cunabulis, indicat Chaldæus; nam ubi Vulgatus Exod. 14, v. 8, legit: *At illi egressi erant in manu excelisâ,* Chaldæus habet: *Capite disco-operto.* Ac si diceret, egressos non mœstos, non ut fugitivos, sed alacres, quasi ab alienis excederet, et ad regiones proprias commigrarent.

Multi Patres de Davidis pœnitentiâ, de fugâ, de injuriarum tolerantia, de dolore in ipsorum etiam inimicorum infortunio, quæ vera sunt animi verè pœnitentis indicia; quæ quisque facile apud alios inveniet. Unum ego pro multis Salvanum adducam, lib. 2 de Providentiâ, ubi cum eleganter expressisset immissum à Domino supplicium, quod pro adulterio prius, et homicidio subierat; cum ad hunc rerum articulum descenderet, alia addidit, quæ ipse patientissimè, ut verè pœnitens, et libentissimè sustulit. Sic autem ille: « Jam si addenda est et ipsius fugæ facies, quale illud fuit, cum tantus, et ex tanti nominis cunctis regibus altior, mundo major, omnes admodum suos cum paucissimis suis fugeret, in comparatione dudum sui egestuosus, in comparatione sui solus, fugiens cum metu, cum dedecore, cum luctu, operto, inquit Scriptura, capite, et nudis pedibus incedens; super istis prioris statûs à seipso exulans, penè jam post se vivens, dejectus usque in servorum suorum, vel quod grave est, contumeliam; vel, quod gravius, misericordiam: ut vel sibi compateretur, vel maledicere publice non viveret. Ita Dei judicio à se aliter effectus, ut ei, quem timuerat totus orbis,

« unus in faciem insultaret inimicus. » Hæc omnia æquo, imò et libenti animo tulisse, pœnitentiæ rarum et admirabile documentum est.

Illud hic maximè observandum, quantum momenti habeat in utramque partem principum exemplum, quod facile reddit, et honestum, quod alio tempore, ac loco turpe videretur, et durum. Quis unquam, nisi qui omnino frontem perfricuit, antecedentem ad laborem, et pericula principem prosecutus non est? Quis navem ascendere, imò et lintrem horrui, quam princeps est ingressus? Quis fluvium pedibus, aut natatu trajicere, cum dux ipse aut transvadando, aut tranando, aditum non tantum aperuit, sed etiam expedit? Hoc modo, Lucano, lib. 9, teste, Cato ad omnes labores, atque molestias, ad belli, locorumque discrimina milites suos promptos reddebat, et alacres; nam pedes per salebrosa, atque ardua anhelatum moliebatur ascensum. Hoc exemplum pro imperio fuit, neque proposito capitali supplicio studiosius imperata præstarent, quàm exemplo proposito, quod edictorum multorum minacium instar habet. Sic autem Lucanus de Catone:

*Ipsæ manu sua pila gerens præcedit anhelis
Militis ora pedes: monstrat tolerare labores,
Non jubet.*

Hoc Davidis exemplum fecit, ut non gravatè alii operto capite, et pedibus, hisque fortassè nudis clivum ascenderent saxosum et asperum, etiam qui molli essent aut ætate aut sexu; quales fuere regis uxores et filii, quibus ut regis lacrymæ lacrymas excussere, sic etiam pedum nuditas è pellibus calceamenta detraxit.

VERS. 31. — INFATUA, QUÆSO, DOMINE, CONSILIUM ACHITOPHEL (1). Non videbatur rex pru-

(1) Vulgata, Aquila, Symmachus reddunt ad litteram: *Infatua*, id est, *dejiçe*, mentem viri conturba, ne consilia nisi prava suggerat: vel ne permittas, ut consilium ab illo datum sequantur hostes. *Redde vanum et inutile.*

(Calmet.)
Or David regit nouvelle qu'Achitophel même était de la conjuration d'Absalom; et il dit à Dieu: Seigneur, reversez, je vous prie, les conseils d'Achitophel. Cette nouvelle qu'Achitophel était joint à Absalom, semblait être le comble de tous les maux de David. Car il y avait lieu d'espérer qu'Absalom, étant jeune et enivré de sa nouvelle grandeur, ayant affaire à un roi très-sage, et étant lui-même sans expérience, ne pourrait pas soutenir ce que son ambition avait commencé, et que son entreprise, étant mal conduite, se dissiperait en peu de temps. Mais Achitophel s'étant donné à lui, il semblait que la ruine de David était infaillible, puisqu'il

dens, qui longo usu didicerat quàm esset sagax et prudens Achitophelis ingenium, quem jampridem à consiliis habuerat; non, inquam, videbatur timuisse magis Absalomis arma, quàm Achitophelis explorata consilia. Sciebat enim multitudinem, si consilium absit, sibi ipsi esse nonnunquam impedimento non levi. Dixit enim optimè Plutarchus in Lycurgo, quod sumpsit ex Pindaro: *Consilia senum hastas esse juvenum*. Futilis enim esset hastarum petitio, nisi illis senum prudentia addidisset alimentum. Quare cum audiisset David in eà conjuratione Achitophelè esse principem, orat Dominum, ut illius consilium, quod quasi oraculum aliquod videatur, vanum et inutile, aut, quod idem penè est, nullum habeat utilem eventum.

VERS. 32. — CUMQUE ASCENDERET DAVID SUMMITATEM MONTIS, IN QUO ADORATURUS ERAT DOMINUM. Staturat David, cum primum ad montis fastigium evaderet, adorare Dominum, ut illum sibi propitium redderet, et se, suaque omnia illius voluntati permitteret. Nam in excelsis montibus, antequàm erectum esset templum, excitatas aras, et immolatas esse victimas à viris etiam sanctissimis, non semel audimus 1 Reg. cap. 9, de Samuele: *Hodie venit in civitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelso*. Et 3 Reg. cap. 3: *Populus immolabat in excelsis; non enim edificatum erat templum in nomine Domini*. Plura nos in hac sententià ad locum proximum ex libro 1 Regum.

OC-CURRIT EI CHUSAI ARACHITES SCISSA VESTE, ET TERRA PLENO CAPITE. Quomodo in luctu conscindi vestimenta soleant, et cinere, aut pulse trouvaient sans secours contre un parti formidable, où la force et la prudence s'étaient réunies ensemble pour le perdre. Cependant ce prince si alligé ne se trouble ni ne s'abat point dans une conjoncture si affligeante. Il voit ce péril aussi grand qu'il est, mais il a recours à Dieu, qui est son asile, et il lui demande qu'il renverse et qu'il rende inutiles les conseils d'Achitophel. Car il était persuadé de cette grande vérité, qui non seulement est établie par l'autorité de l'Écriture et des saints, mais qui a été reconnue des païens mêmes, que Dieu, étant l'esprit souverain, préside sur tous les esprits, qu'il y répand des ténèbres quand il lui plaît, et qu'il rend insensée la sagesse de ceux dont il a résolu de punir l'orgueil.

David n'eut pas plus tôt fait cette prière à Dieu, qu'il l'exauça au même moment. Car ce que ce prince dit à Chusai, que s'il venait avec lui, il lui serait inutile, mais que s'il allait offrir son service à Absalom, il traverserait les conseils d'Achitophel, était une pensée pleine de lumière, qui fit en effet tout ce qu'il s'était promis, et qui confondit la sagesse ténébreuse d'Achitophel. (Sacy.)

vere conspergi capita, dictum est lib. 1, cap. 4, ubi qui nuntium attulit ad Heli de arca in Philistinorum potestatem adducta, venisse dicitur, *scissâ veste, et conspersum pulvere caput*.

VERS. 35. — SI VENERIS MECUM, ERIS MIHI ONERI. Hæc ad finem capitis aperta sunt: neque aliud continent, quàm jubente rege reversum esse in urbem Chusai, eo consilio, ut dissiparet consilium Achitophel, quod feliciter præstitit, et quicquid in urbe fieret, quamprimum per duorum sacerdotum filios doceret. Illud aut extremum habemus ex hoc capite, eodem die Chusai et Absalomem ingressos in urbem; illum ex monte Olivarum, unde remissus fuerat à Davide, hunc ex Hebrone, quò convenerunt conjurati. Ex quo etiam colligitur satis verisimiliter, eodem etiam die desertam à Davide civitatem, et occupatam ab Absalomè; atque idèò prudenter factum à Davide, cum celerrimâ fugâ Absalomis prævertit adventum. Et fortassè eodem temporis vestigio egressa est ex Hebron hostilis acies, et ex urbe David. Tantum enim videtur David posuisse tempus in adornandâ fugâ, et conficiendo, quod est inter Hierosolymam et montis Olivarum fastigium spatium, quantum Absalom in eo quod Hierosolymam ab Hebrone discludit. Distat autem Hebron à Hierosolymâ sedecim milliaribus, quæ quinque leucas hispanicas complent, quæ uno die faciliè ab exercitu percurri poterunt (1).

(1) DISSIPABIS CONSILIUM ACHITOPHEL. Hanc mihi commodam præstabis operam. Suadet hic David amico suo Chusai, ut personam ludenti honesto viro non plane dignam. Offerre operam suam alicui, ut illum prodât, et prava suggerat consilia! esto, de proditore res sit, de filio in patrem perduelli. An igitur sat est malum agere vel suggerere, ut bonum inde oriatur? An fas est uti prodicione in proditorem, veritatem adversus virum mendacem violare? An crimen cuiusquam excusare nos potest, si quid mali committimus? Reponimus, Davidem non persuasisse amico prodicionem Absalom, neque ut in suum commodum amicitia ac veritatis leges violaret. Hortatus est solummodo, ut lateri Absalom adesset, dissipaturus et eversurus data ab Achitophelè consilia, quemadmodum imperatores solent in castra hostium exploratores mittere, ut hostium gesta omnia illis referentibus discant; vel ut principes in aula exterorum principum epistolarum commercium detinent, ut secreta adversariorum consilia scrutentur, vel rebus et commodis suis contraria omnia submoveant. Absalom erat rebus suis invigilare. Injustum illud, quod patri indixerat, bellum jus Davidi intulerat habendi illum loco adversarii, ac dolo se adversus illum tuendi. Quid vetat ne quis in bello vera consilia sua celet? Nonne ex his petitur mos stratagematum, quem lex nulla

1. CUMQUE DAVID TRANSISSET PAULULUM MONTIS VERTICEM, APPARUIT SIBA PUER MIPHIBOETH IN OCCURSUM EJUS, CUM DUOBUS ASINIS, QUI ONERATI ERANT DUCENTIS PANIBUS ET CENTUM ALLIGATURIS UVÆ PASSÆ ET CENTUM MASSIS PALATHARUM ET UTRÆ VINI.

2. ET DIXIT REX SIBÆ: QUID SIBI VOLUNT HÆC? RESPONDITQUE SIBA: ASINI, DOMESTICIS REGIS UT SEDERANT; PANES ET PALATHÆ, AD VESCENDUM PUERIS TUIS; VINUM AUTEM, UT BIBAT SI QUIS DEFEVERIT IN DESERTO.

3. ET AIT REX: UBI EST FILIUS DOMINI TUI? RESPONDITQUE SIBA REGI: REMANSIT IN JERUSALEM, DICENS: HODIE RESTITUET MIHI DOMUS ISRAËL REGNUM PATRIS MEI.

4. ET AIT REX SIBÆ: TUA SINT OMNIA QUÆ FUERUNT MIPHIBOETH. DIXITQUE SIBA: ORO UT INVENIAM GRATIAM CORAM TE, DOMINE, MI REX.

5. VENIT ERGO REX DAVID USQUE BAHURIM: ET ECCE EGREDIABATUR INDE VIR DE COGNATIONE DOMUS SAÛL, NOMINE SEMEI, FILIUS GERA, PROCEDIABATQUE EGREDIENS, ET MALEDICEBAT.

6. MITTEBATQUE LAPIDES CONTRA DAVID ET CONTRA UNIVERSOS SERVOS REGIS DAVID, (OMNIS AUTEM POPULUS ET UNIVERSI BELLATORES À DEXTRO ET À SINISTRO LATERE REGIS INCEDEBANT.)

7. ITA AUTEM LOQUEBATUR SEMEI CUM MALEDICERET REGI: EGREDERE, EGREDERE, VIR SANGUINUM, ET VIR BELIAL.

8. REDDIDIT TIBI DOMINUS UNIVERSUM SANGUINEM DOMUS SAÛL, QUONIAM INVASISTI REGNUM PRO EO, ET DEDIT DOMINUS REGNUM IN MANU ABSALOM FILII TUI: ET ECCE PREMUNT TE MALA TUA, QUONIAM VIR SANGUINUM ES.

9. DIXIT AUTEM ABISAI FILIUS SARVIÆ REGI: QUARE MALEDICIT CANIS HIC MORTUUS DOMINO MEO REGI? VADAM, ET AMPUTABO CAPUT EJUS.

10. ET AIT REX: QUID MIHI ET VOBIS EST, FILI SARVIÆ? DIMITTITE EUM UT MALEDICAT; DOMINUS ENIM PRÆCIPIT EI UT MALEDICERET DAVID, ET QUIS EST QUI AUDEAT DICERE QUARE SIC FECERIT?

damna? Cæterum ut Davidis gesta omnia excusemus, nulla nos necessitas cogit. (Calmet.)

1. Après que David eut passé un peu le haut de la montagne, Siba, serviteur de Miphiboseth, vint au-devant de lui, avec deux ânes chargés de deux cents pains, de cent paquets de raisins secs, de cent cabas de figues et d'un vaisseau plein de vin.

2. Le roi lui dit: Que voulez-vous faire de cela? Siba lui répondit: Les ânes sont pour servir de monture aux officiers du roi, les pains et les figues pour donner à ceux qui vous suivent, et le vin afin que si quelqu'un se trouve faible dans le désert, il puisse en boire.

3. Le roi lui dit: Où est le fils de votre maître? — Il est demeuré, dit Siba, dans Jérusalem, en disant: La maison d'Israël me rendra aujourd'hui le royaume de mon père.

4. Le roi dit à Siba: Je vous donne tout ce qui était à Miphiboseth. Et Siba répondit: Je vous prie, ô roi, mon seigneur, que je trouve grâce devant vous.

5. Le roi David étant venu jusqu'à Bahurim, il en sortit un homme de la maison de Saül, appelé Séméï, fils de Géra, qui s'avavançant dans son chemin, maudissait David;

6. Lui jetait des pierres et à tous ses gens, pendant que tout le peuple et tous les hommes de guerre marchaient à droite et à gauche à côté du roi;

7. Et il maudissait le roi en ces termes: Sors, sors, homme de sang, homme de Bélial.

8. Le Seigneur a fait retomber sur toi tout le sang de la maison de Saül, parce que tu as usurpé le royaume pour te mettre en sa place; et maintenant le Seigneur fait passer le royaume entre les mains d'Absalom, ton fils, et tu te vois accablé des maux que tu as faits, parce que tu es un homme de sang.

9. Alors Abisai, fils de Sarvia, dit au roi: Faut-il que ce chien mort maudisse le roi, mon seigneur? J'irai, et je lui couperai la tête.

10. Le roi dit à Abisai: Qu'y a-t-il de commun entre vous et moi, enfant de Sarvia? Laissez-le faire, car le Seigneur lui a ordonné de maudire David; et qui osera lui demander pourquoi il l'a fait?